



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Evstochium V. 2. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

quo ex inferno carcere ascendere hodie ad cæ-  
lam animas facias.

O fratres mei, qui modo modicam febrem, vel  
modicum quemcumque dolorem non potestis pari-  
cipia, facietis, quantum dolebitis, quantum plora-  
bitis illo incendio inflammati, & totaliter à pœnis  
descripti? S. Bonav. serm. I. de S. Laur.

S. EVSTOCHIVM V. 2. Novembris.

Vitæ EVSTOCHIVM nobilissimæ & D. Hierony-  
mo laudatissimæ matronæ filia, ejusdemque  
viris ex asse heres. Degebat illa sub patruî Hy-  
metii tutelâ, certa nulli nisi Agno nubere, eamque  
suo rem animi potius mundo, quàm corporis stu-  
diis, & hoc pulchrior, quò negligentior fuit. As-  
picietius alta omnia animo volvens, ut quàm  
pulcherrimè posset ornatam virginem ad nuptias  
nobilissimis juvenibus venditaret, eam curam  
conjugi Prætextatæ demandat. Hæc igitur Ev-  
stochio vestes induere, ad elegantiam sæculi  
factas, faciem fuce tingere, frontem & aures  
ceram pingere, crines ferro & igne fingere, de-  
que totam ad lascivam venustatem componere.  
sed in tam pulchrâ EVSTOCHIO nihil jam celo  
lacuit, præter lacrymas, quibus naufragium ti-  
dens virginitas quotidie innatabat. Periclitanti  
interuenit succurrit Angelus bonus, & in somnis ad-  
prætextatam, Nimirû, ait, egregia cognati sangui-  
nis lena, mundo conciliabis Dno desponsam? DEVM  
quodas generum habere, terre filium quaris? ex  
virginis palæstrâ Veneris facies! ex oculis Cu-  
cipulas seruis? ex capillis laqueos noctis  
manibus? At non impune hæc facies, iam enim

ut abstinere à lenociniis manus discant, arefcet manus: jam domum Christus EVSTOCHIVM, te orcus ducet: si porrò neptem DEO invides, certè morti conjugem liberosq; ne non eripies. Atque hæc omnia evenisse ordine Hieron. affirmat, ô Superi! quid ad nostræ elegantiam ætatis dicetis; quando puellæ viros induunt, & (quod turpius longè est) calami-strati viri (phui) in puellas degenerant? S. Hieron.

*Conditor Angelorum dum in præsepio vagiens revolutus, non ostro, sed vilibus legitur panniculis involutus. Erubescat ergo terrena superbia & arrogantia redempti hominis, ubi erumpentibus radiis exorti coruscet humilitas Redemptoris. S. Pet. Dam. l. 6. Epist. 14.*

S. WENEFRIDA V. M. 3. Novembris.

**W**ENEFRIDAM nobile è Britannia Nympham CHRISTO Benvocus vir famâ sanctimoniam id ætatis longè maximâ despõdit. Nec abnuebant parentes in tam amplas spes filiam dare; sed obstabat Cadocus regis Alani filius, ausus castissimam & cælo datam fidem tentare, cum sola virgo domi ageret. Illa verecundata aliquamdiu tam inornatam se deprehensam, in cubiculum abiit velut mundana inde muliebrem petitura, reverà ad asylon (templum) properatura. At Amor tam magnus tyrannus quàm parvus puer pingitur, alas Cadoco insequenti suas præbuit. Hic prehensam virginem & reluctantem ense obruncat. Et ecce & virtutis & sceleris præmia. Ad sanguinis fontem fons alter aquæ limpidissimus exsiliit, sualq; undas ita etiam hodie sociat, ut tamen ripam sanguine castissimo pictam nunquam abluat, musculque